

dia, multorum conversionem, spemque extir-  
pandi penitus Jansenismi.

Anno 1663. curavit Pontifex à Quali-  
ficatoribus S. Officii examinari Jansenistarum  
declarationem, & quinque Articulos: Dein  
die 21. Julii in palatio Cardinalis Ginetti ha-  
bita jussu Sanctissimi fuit Congregatio, cui in-  
terfuere Cardinales, Corrado, Borromæo,  
Albizzi, Rospigliosi, Bagni, cum illustrissi-  
mo Varese Sancti Officii Assessore. Totius  
Congregationis judicium refert *Historia*  
*quinque propositionum Jansenii* edita Gallicè  
1699. pag. 253. quod nihil respondendum  
esset circa quinque Articulos Jansenistarum,  
utpote ambiguos sic, ut quod unâ parte con-  
cedere viderentur, negarent alterâ, quod-  
que Authorum consilium appareret, elicere  
à Sede Apostolicâ responsum aliquod, quo  
contra Constitutiones abuterentur. Idem ju-  
diciu fuerat Qualificatorum: in quo confir-  
mari Sedes Apostolica potuit literis Illustri-  
ssimi Domini Henrici de la Motte Hode-  
court, Rhedonensis Episcopi, dein Archie-  
piscopi Auscitani datis 12. Julii ad Eminentis-  
simum Rospigliosi. Quibus sollicitè monet,  
ut Roma sibi caveat à Jansenistarum infi-  
diis, quas fortè parant, transmissis Articulis,  
& explicationibus, sperantes alteram à Sede  
Apostolica sententiam, quâ elidatur prior,  
& à suis cervicibus avertant ictum, à Regis  
justitia imminentem. *Lex promulgata est, cau-  
sa finita; sed non finita artes, dolique partium.*

Scriptis itaque Alexander VII. 29. Julii  
Breve ad Archiepiscopos, & Episcopos Gal-  
liæ, quò eorum laudat zelum in promovendâ  
Constitutionum contra Jansenianam hære-  
sim observantiâ, atque hortatur ut bene cœ-  
pta, ad finem usque prosequantur. Verba  
Brevis sunt: „ Ut nulli vestrum incomper-  
tum est, quantâ sollicitudine Innocentius  
X. felicitis recordationis Prædecessor nos-  
ter Jansenianam hæresim radiciter evelle-  
re conatus fuerit: quantâ Nos ipsi curâ, &  
instantiâ idem propositum indefinenter  
prosequi non destiterimus; ita nobis pro-  
bè compertum est, atque perspectum,  
quàm indefesso studio plerique vestrum  
Constitutiones Apostolicas in Jansenii cau-  
sâ editas executioni mandari procurave-  
rint. Illud autem non mediocri gaudio  
animum nostrum perfundit, quod literis  
ex Galliâ recens allatis accepimus, illo-  
rum in dies crescere numerum, qui recta  
sapiunt, præfatis Constitutionibus se ultrò  
subjicientes; illorum verò decrescere, qui  
à veritate auditum avertunt, & variis ina-  
nium interpretationum argumentis dece-  
pti, Decretis Apostolicis refragantur. Is

*Constitutio theol. propugn. Tom. I.*

„ fuit egregius sanè laborum vestrorum fru-  
„ ctus, majoris scilicet, & potioris partis,  
„ ut multi, iique cæterorum nomine prima-  
„ rii, exemplo vestro, consilio, & operâ ad  
„ saniolem doctrinam inducti, eâ quâ par-  
„ est, ut credimus, animi demissione sese pa-  
„ ratissimos exhibuerint ad illa omnia præ-  
„ standa, quæ ipsis à Sede Apostolica præ-  
„ scribentur. Unde jam meritò sperare pos-  
„ sumus, juvante Domino, brevè fore, ut  
„ feliciter cœptum opus, feliciter perficiatis,  
„ præsertim si, ut per dictas Constitutiones  
„ mandatur, in dictam executionem seriò  
„ incumbentes, obtineatis, ut omnes eâ-  
„ de Fide, & Charitate concordés in via  
„ Domini ambulent, implorato etiam, si  
„ opus fuerit, Regis Christianissimi subsidio,  
„ cujus in hac præsertim causa, maximus Ze-  
„ lus mirum in modum enituit: quod reve-  
„ rà ut summâ laude dignum reputamus, ita  
„ eidem maximæ gloriæ, & singulari apud  
„ Deum merito versum iri judicamus. Per-  
„ gite igitur, Venerabiles Fratres, operi  
„ ultimam alacriter manum admove, &  
„ procurate impensè ut omnes præfatis Con-  
„ stitutionibus Apostolicis, se, ut par est,  
„ subjiciant, & quinque Propositiones ex  
„ Jansenii libro, cui nomen *Augustinus*, ex-  
„ cerptas, & in sensu ab eodem Authore in-  
„ tento, prout illas per dictas Constitutio-  
„ nes Sedes Apostolica damnavit, sincero  
„ animo rejiciant, & damnent. Ad quod  
„ illa omnia remedia quæ vobis pro execu-  
„ tione earundem Constitutionum efficaciora,  
„ magis que opportuna videbuntur, ad-  
„ hibere poteritis &c.

Janseniani, ut Hæretici solent, fidem  
fefellerunt: non præstitere promissa tam so-  
lemniter data, fore, ut *Si quid amplius Ponti-  
fex exigeret*, sinè tergiversatione præstarent.  
Exegit Pontifex, & exigunt in hunc usque  
diem ejus Successores, ut quinque proposi-  
tiones ex Jansenii libro excerptas, & in sensu  
ab eodem Authore intento damnatas, ipsi  
pariter eodem sensu damnent, nec retineant  
in iis sensum Jansenii, velut à censurâ illiba-  
tum, vel damnatum immeritò.

Sed eâ partè Brevis Apostolici præter-  
missâ, qua tamen patet totum Pontificis sco-  
pum contineri, illud solum arripiunt quo di-  
citur, *multos ad saniolem doctrinam inductos  
esse*. Igitur, inquirunt, 5. nostri Articuli à  
Pontifice censentur *Doctrina sanior*: atqui his  
continetur universa nostra circa 5. Proposi-  
tiones damnatas sententia; unde invictè con-  
cludimus non posse nos deinceps nisi per ca-  
lumniam de 5. Propositionum hæresi accusari.  
Ita cum Jansenistis cæteris Quesnellus, præ-